Fragmentarium

vos tantis domine largiris uti mis
teriis. quesumus ut effectibus eorum vera
citer aptare digneris. Per.
Epistola: Fidelis
sermo et omni acceptione dig
nus. quod xpistus ihesus venit in hunc
mundum peccatores salvos facere.
quorum primus ego sum. Et ideo misericordi
am consecutus sum: ut in me pri
mum ostenderet xpistus ihesus omnem pati
enciam ad informationem eorum qui cre
dituri sunt illi in vitam eternam.
Regi autem seculorum immortali invisibili
soli deo honor et gloria in secula seculorum amen.
In illo tempore: Exeuntes pharisei
cum herodianis: consilium faciebant adversus
ihesum. quomodo eum perderent. Ihesus autem
cum discipulis suis: secessit ad mare.
Et multa turba a galilea et iudea
secuta est eum. Et ab ierosolimis et ab
idumea et transiordanem. et qui circa
tyrum et sydonem multitudo mag
na audientes que faciebat: vene
runt ad eum. Et dixit discipulis suis:
ut in navicula sibi deservirent propter
turbam ne comprimerent eum. Multos
enim sanabat: ita ut irruerent in
eum ut illum tangerent quotquot habe
bant plagas. Et spiritus inmundi illum
videntes procidebant ei: et clamabant

dicentes. Quia tu es filius dei. Et vehe
menter comminabatur illis: ne mani
festarent illum. Et ascendit in montem:
vocavit ad se quos voluit ipse. et ve
nerunt ad eum. Et fecit ut essent duo
decim cum illo: et mitteret eos predi
care ewangelium. Et dedit illis po
testatem curandi infirmitates: et
eiciendi demonia.
Adorate deum o.
Deus qui nos in tantis periculis consti
tutos pro humana scis fragilitate
non posse subsistere. da nobis salutem men
tis et corporis: ut ea que pro peccatis nostris
patimur. te adiuvante vincamus: Per.
Epistola: Nemini quicquam
debeatis: nisi ut invicem diliga
tis. Qui enim diligit proximum: legem im
plevit. Nam non adulterabis: non occi
des. non furabis. non falsum testimo
nium dices. non concupisces rem proxi
mi tui. et si quod est aliud mandatum.
in hoc verbo instauratur. Diliges pro
ximum tuum sicut te ipsum. Dilectio proxi
mi: malum non operatur. Plenitudo ergo
legis. est dilectio. Timebunt gentes. Qui edi.
In illo tempore: Ascendente Ihesu
in naviculam: secuti sunt eum
discipuli eius. Et ecce motus magnus
factus est in mari: ita ut navicula

License: cc-by-nc – Exeter, Exeter Cathedral Library, MS/3548B, 4v – Missal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-jrs2/3853/40910)